



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**De Collegiis Canonicorvm Per Germaniam, Belgivm,  
Galliam, Hispaniam, Italiam, Aliasqve Orbis Christiani  
Prouincias, Liber Singvlaris**

**Le Mire, Aubert**

**Coloniae Agrippinae, 1615**

Capvt Cl.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-11227**

## CAPUT C.

**COLLEGIVM S. MARIAE DE ROSCIDA**  
*valle, in Nauarra.*

**S**anctius Vasconū, siue Nauarræ Rex, exstruxit sumptuosum Deiparæ templum ac collegium in loco *Roscida Vallis* nuncupato; in quo ipse mortal is vitæ anno 1234. 7. Idus Aprilis vinculis est expeditus. Locum hunc Canonici diuinæ laudes perpetuò concenturi excolendum acceperunt. Vide Marianam li. 12. c. 16. Rerum Hispaniæ.

## CAPUT CI.

**S. MARIAE ET S. LEBVINI COL-**  
*legium Cathedrale Dauentriense, in Ger-*  
*mania inferiore, & alia collegia d.*  
*Dauentriensis.*

**A**Multis retrò seculis fuit insigne apud Dauentrienses collegium Canonicorū; in qua vrbe & Episcopi Ultraiectini aliquando sedem suam habuerunt, temporibus præsertim periculosis, vt Ioannes Becanus in historia Episcoporum Ultraiectensium tradit. Quapropter vt Middelburgi, sic etiam Dauentriæ, Episcopali duntaxat dote opus fuit, ad Cathedram Episcopalem an. 1559. erigendam. In quam dotem Philippus II. Rex Catholicus adsignauit monasterium Canonicorū

M 5 Regu-

SANCTI CLEMENTIS COLLEGIVM  
*Steinicanum.*

**S**Teinicus opidum est Frisiæ occidentalis, in quo collegium duodecim Canonorum fundauit *Henricus Episcopus Ultraiectinus*, anno millesimo ducentesimo quinquagesimo septimo.

## CAPUT CII.

SANCTAE MONEGVNDIS COLLEGIVM  
*Chimacense, in Hannonia.*

**S**Monegundis Virginis historiâ S. Gregorius Turonensis descripsit. Natale eius tamquam festum solemne Chimaci celebratur secundo die Iulij postposito festo Visitationis Mariæ; eo quod collegiata dictæ vrbis Ecclesia consecrata sit in honorem D. Monegundis, eiusq; reliquijs exornata fuerit, quas duo Canonici in solemnibus processionibus circuferre solent in loculo argenteo deaurato.

Simili ferè pietate S. Priscæ dies natalis ad diem 18. Ianuarij colitur, & reliquiæ in argenteo portabili loculo honorabantur. Sed utriusq; reliquiæ sub Caroli Quinti imperio perierunt, anno quinquagesimo secundo, Francis vrbem incendentibus. In medio tamen chori sculptura supereft Gallicis verbis, quæ Latinè sonant, *Hic iacet nobilis homo Iannes, Comes Suesionensis dominus Chima-*

Regularium vulgò, *Borclooster* nuncupatum,  
prcpè Suollā, Transisalanæ prouinciæ opidū.

Sunt autem in diœcesi Dauentriensi opi-  
da subsequentia.

Dauentria, Zutphania, Suollæ, Campi,  
Harderuicus, Elburgum Hattemium, Druso-  
burgum, S. VValburgi sacrū siue Donsburgū,  
Herenberga, Dontechemium, Haſſeletum,  
Gora, Lochemium, Bredefortum, Vollen-  
houia, Hardenberga, siue Hardenburgum,  
Almeloa, Eusceda, Linga, Steinuicus, Ot-  
marsum, Grolla, Delda, Oldezalia, Ommia,  
Dipenhemium.

**SANCTI PLECHELMI COLLEGIVM**  
*Oldensaliense.*

**F**Vndatum est Collegium istud in veteri  
Saliorum opido à *Balderico* Episcopo VI-  
traiectino, qui & ipsum opidum muris cin-  
xit.

**S. VVALBURGIS COLLEGIVM**  
*Zutphaniense.*

**Z**utphania insigne est opidum Comita-  
tus titulo nobile, quod cum suo terri-  
torio facit vnam ex septendecim prouincijs  
Belgicis. In hoc opido vetus est Canonicorū  
collegium, quod habet Præpositum, Decanū,  
& Scholasticum. De sancta VValburge seu  
VValburga Martyrologium Romanum &  
Molani natales Belgicos.

*S. CLE-*

SANCTI CLEMENTIS COLLEGIVM  
Steinuicanum.

**S**Teinicus opidum est Frisiæ occidentalis, in quo collegium duodecim Canonorum fundauit *Henricus Episcopus Ultraiectinus*, anno millesimo ducentesimo quinquagesimo septimo.

## CAPUT CII.

SANCTAE MONEGVNDIS COLLEGIVM  
Chimacense, in Hannonia.

**S**Monegundis Virginis historiâ S. Gregorius Turonensis descripsit. Natale eius tamquam festum solemne Chimaci celebratur secundo die Iulij postposito festo Visitationis Mariæ; eo quod collegiata dictæ vrbis Ecclesia consecrata sit in honorem D. Monegundis, eiusq; reliquijs exornata fuerit, quas duo Canonici in solemnibus processionibus circuferre solent in loculo argenteo deaurato.

Simili ferè pietate S. Priscæ dies natalis ad diem 18. Ianuarij colitur, & reliquiæ in argenteo portabili loculo honorabantur. Sed utriusq; reliquiæ sub Caroli Quinti imperio perierunt, anno quinquagesimo secundo, Francis vrbem incendentibus. In medio tamen chori sculptura supereft Gallicis verbis, quæ Latinè sonant, *Hic iacet nobilis homo Iannes, Comes Suesionensis dominus Chima-*